



D. FORI IVLII.




*Quarere non maior virtus, quam parta tueri,
Quid clarū mage, qui nouit vtrumq; nihil.
Clarius ergò nihil Leopoldo, hic parta tueri,
Et nouit titulos accumulare nouis.*

D. MARCH. SCLAVON.




*Aurea cum fuluo virtus complectitur auro
Pectora bina, duos colligat vna fides:
Vna fides, vnus thalamus, mens vna sub vno
Alberto Austriacis adijciebat humum.*

D. PORT: NAONIS.



*Cui Charis ingenii, & mores, Venus aurea formā,
Iuno genus, meniem casta Minerva dedit:
Hanc sibi coniugij cesso vinciuit Elyssam
Albertus, referens commoda plura tori.*

D. SALINARVM.



*Dum gnata Aemilio Caroli sit sponsa Maria,
Et scandit casti fulcra pudica tori:
Austriacæ terræ accreuit Comitatus hic: ergò
Maximus annon hic? exitus acta probat.*